

632
20

I. N. D.

2124. q. Inv

632
20

EXAMEN PVBLICVM
IVVENTVTIS SCHOLASTICAE
GYMNASIVM FREQVENTANTIS
A DIE XXII AD XXVII MENSIS MARTII CELEBRANDVM

ITEM QVE

PRAEMIORVM DISTRIBUTIONEM

QVAE DIE XXX EIVSDEM MENSIS HORA II POST MERIDIEM FIET
EODEMQVE TEMPORE

HABENDAM ORATIONEM

INDICIT ATQVE

MAECENATES, PRAESIDES,
PATRONOS, FAUTORES
MVSARVM,

VT HOS ACTVS EXOPTATISSIMA FREQVENTIA
DIGNENTVR ORNARE,

EA, QVA DECET REVERENTIA, OBSERVANTIA ET HUMANITATE

ROGAT ET SIMVL

TITVLVM

ARCHI-EPISCOPI TREVIRENSIS
TANQVAM ARCHICANCELLARII
IN WELSCHLAND

EXPLICAT

IOH. HENR. DRÜMEL,

PROF. ET RECT. GYMN. RATISEB.

CAES. REG. SOCIETAT. ERVDIT. ROVERETENS. SODALIS.





Q. D. B. V.



In prioribus programmatibus de statu atque juribus Ministerialium sexti clypei, quo nomine splendidissimus ordo Equestris Germaniae Immediatus vulgo appellari solet, quamvis non omnes ejusdem ordinis Equites fuerint Ministeriales, differere institui, in eoque consilio perseguendo eo libentius operam meam collocarem, quod hoc observationum genere plurium Magnatum suffragia & benigna judicia merueram, multaque sunt in promtu, quibus

gravissimum illud argumentum illustrari potest. Sed proposito meo obstant angusti fines programmati, quod non capit, quæ pro dignitate materiæ sunt dicenda, metuoque, ne nimia brevitas in scribendo, dignitatem rei obscureret, quæ, quia ob antiquitatem multæ difficultates occurrunt, summo studio perspicuitatis explicari & copiose exponi debet. Constitui igitur scripturas, quibus laudes & jura Ordinis Equestris persequuturus sum, observationibus Jur. Publ. Germ. inserere, Codice Legum & Consuetudinum Jur. Publ. Germ. edito, aliisque gravioribus finitis laboribus, in lucem publicam prodituris. In programmatibus vero breviores observationes proponam, ut occasio, tempusque eas suppeditabit. Præsenti tempore se ad scribendum programma obtulit insolitus ille titulus, cum Archi-Episcopi Trevirenses nuncupantur Archicancellarii Sacri Rom. Imp. *in Welschland.* Sæpius cognovi, mentionem hujus tituli viros miratos esse eruditos, qui alienam, ut ipsis visa est, vituperabant appellationem, errorem-

remque esse arbitrabantur. Sed res, quæ tantam insolentiam & peregrinitatem præ se ferre censerter, exposita ambiguae vocis significatione facillime expeditur. Vox *Welschland* antiquo tempore tam angusto significatu non usurpabatur, ut solas Italiæ regiones exprimeret, sed ampliore, ut etiam Lotharingiam Burgundiamque denotaret. Reliqua est hæc dictæ vocis significatio in Alsatia, ubi sæpiissime utrasque terras *Welschland* nominare solent. Ne quis vero suspicetur, hanc significationem vulgi non convenire documentis autoritate publica scriptis, afferam ex legibus Imperii loca, in quibus urbes terrasque intra regna antiqua Burgundiæ & Lotharingiæ sitas, *Welsche Städte* und Lænder nuncupari videmus. In recessu Imperii Norimbergensi^{a)} de an. 1431. art. 4. sunt *Welsche Bistum*: Bisanz, Tolle, Wirdun, Losan, Genf, Meß, Camerach, Lüttig. = = = *Welsche Fürsten*: Saffay, * Fürsten von Boyr (Barr) und das Land

II 3 von

a) In Recess. Imp. Nov. Tom. I. pag. 137. 138. 139.

* Saphoyen ist ein Burgundisches Land, und gehöret nicht zu Italien; hat daher Sitz und Stimme auf dem Reichstag, welche kein Italiänischer Stand hat.

von Luthringen, Prince von Schalun, Herzog von Burgundie. = = = Welsche Städte: Lusann, Genf, Bisanz, Wirdun, Tolle, Meß, Camerach. In Recessu Imperii Norimbergensi de anno 1467. recensentur Welsche Fürsten: Sophoj, Luthering, der Prinz von Calin, Geldern.^{b)} In Recessu Imp. de anno 1471. art. 4. nominantur Welsche Fürsten: Sophojen, Lothringen, der Prince von Calin.^{c)} Ex his igitur locis Recessuum Imperii apparet, Burgundiam atque Lotharingiam, Welschland fuisse appellatas: quo cognito quilibet, vel me non monente, judicabit, in titulo Archi-Episcoporum Trevirensium tanquam *Archicancellariorum in Welschland*, significari Burgundiam & Lotharingiam, per quæ regna extendebatur quondam jus Archicancellarii, quo Archi-Episcopi Trevireses ornati sunt. Archi-Episcopus Trevirensis vero Archicancellarius *in Welschland* nominatur in charta de anno 1358. Wir Boemund von Gottes
Gla

^{b)} In Recess. Imp. Noviss. Tom. I. pag. 220.

^{c)} In Recess. Imp. Noviss. Tom. I. pag. 242.

Gnaden Erzbischoff von Trier, des H. R. R. durch Welschland Erzcanzler, thun fund. ^{d)} Porro in charta de anno 1349. Wir Baldwin von Gottes Gnaden, Erzbischoff zu Trier, des H. R. R. Erzcanzler durch Welschland und in dem Königreich Arelat. ^{e)} Deinde etiam in Aurea Bulla Caroli IV. Germanica ^{f)}: Den Erzbischoff von Trier Erzcanzler des Heil. Reichs durch Welschland und Arelat sullen geleiten ^{xc.} Cæterum, cum Archi-Episcopus Trevirensis nominatur Archicancellarius per Galliam, intelligenda est, Gallia Belgica, cuius pars erat Lotharingia, quæ ad Archicancellariatum Trevisensem referebatur: & si nuncupatur Archicancellarius per regnum Arelatense, significatur regnum Burgundiæ, cuius metropolis erat urbs Arelate. Hic etiam observari meretur: Galliam in Germanorum antiquis scriptis denotare provincias

^{d)} In Perill. Dn. de Guden. Cod. dipl. Tom. II. pag. 1140.

^{e)} In Struvii Archiv. Histor. pag. 41.

^{f)} In Schilteri Jur. Publ. Tom. II. pag. 204. conf. pag. 282. ubi hujus tituli significationem explicat, sed non tam perspicue, ut hic monstrata est.

cias quascunque, quæ Gallorum sermone utuntur, sive ad Germaniam pertineant, sive ad Gallos seu Francos Occidentales.^{g)} Ideo Archi-Episcopi Trevirenses nonnunquam modo titulum adhibent, Archicancellarii per Galliam.^{b)} Sed hæc sufficient. Converto me repetitis precibus ad MAECENATES ET PATRONOS Litterarum, ut Gymnasii nostri juvenibus diligentiae suæ edentibus specimina benignas præbeant aures, & favore suo alant excitentque ingenia.

^{g)} In Gemma Gemm. Gallia, Welschland, Frankreich.

^{b)} In Perill. Dn. de Guden. Cod. dipl. Tom. II. pag. 1034. 1045.

